



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118510**

§. 27. Sabaudia Ducis accusatio contra Franciscum Galliarum Regem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66615)

Sæc. XVI. *quidem in re si quid possumus asserre momen-*  
 A.C. 1544. *ti, perlibenter faciemus.*

Hoc responsum displicuit Imperii Ordinibus, qui novos in Franciam hostes concitare unice intenti erant.

## §. XXVII.

*Sabaudicæ Ducis accusatio contra Franciscum Galliarum Regem.*

*Sleidan. l. 6. p. 512.* Die vigesima septima Aprilis Carolus Sabaudicæ Dux itidem Franciscum Galliarum Regem in pleno Principum confessu per suos Legatos accusabat,

*Belc. comm. l. 23. n. 55.* qui vim atque injurias prioribus annis Duci suo illatas exaggerabant, hæc insuper exponentes: *Excitavit etiam Francicæ Rex Solimani Legatum, ac Turcicæ classis Præfectum Barbarossam, qui Gallorum copiis adjutus Niceam oppidum deditio- ne cepit, contraque fidem datam diripuit, & plurimis in servitutem abductis incendit: Petimus igitur, ut Duci vehementer afflicto subveniatis, præsertim cum ad arcis obsidionem omnino redituri videantur hostes: Dux noster equidem Papam rogavit de auxiliis, sed illud solum vestigal eidem largitus est, quod ei quotannis dependere solent Ecclesiastici: attamen illud est vehementer exiguum in hac sua tenuitate, quando vix decimam suæ ditionis partem obtinet: quo minus autem etiam ad comitia ipse venerit, per ætatem, & intervallum itineris, & imminens ab hoste pe-*  
 ri-

*riculum excusatur, dicitque, se neque sum-* Sæcul. XVI.  
*ptum tolerare posse, cum vix habeat, quo* A.C. 1544.  
*se, filium atque familiam alat.*

Hæc Legatorum oratio non parum conferebat, ut Principum animi adhuc magis adversus Franciæ Regem accenderentur, atque ad bellum eidem inferendum eo vehementius impellerentur.

## §. XXVIII.

*Alia Decreta Spirensis Conventus.*

Cum Albertus Brandenburgicus per *Sleid. comm.* plures annos supremus Brufforum *l. 15. p. 513.* Equitum Magister fuisset, nunc autem matrimonio sese junxisset, ac propterea a Curia Imperiali tanquam hæreticus fuisset condemnatus, hinc Cæsar in ejus locum præsentibus omnibus Imperii Principibus in hisce comitiis Wolfgangum Melkingum suprema hac Ordinis dignitate ritu solemniter insignivit. Verum eo quod Albertus beneficiarius Poloniæ Regis cliens esset, ideo Legatus Regis sui nomine eundem protegebat, nec non Wolfgangi electioni oblectabatur. Ceterum quoad dissidia, quæ inter Brunsvicensem Ducem & Principes Protestantes fervebant, in iisdem comitiis decretum fuit, quod Cæsar Brunsvicensem Ducatum sequestris nomine tamdiu retineret, donec totum hoc negotium aut judicium sententia, aut amica liti- gan-